Noverint universi per presentes me Willelmum Penyngton ordinasse constituisse et in loco meo posuisse dilectum michi in Christo Willelmum Roberd meum verum et legitimum attornatum ad deliberandum pro me et nomine meo Henrico Vavasour armigero Willelmo Weryngton Ricardo Bell clerico et Ricardo Scott plenam et pacificam seisinam ac possessionem de et in omnibus meis terris et tenementis cum pertinenciis in Kynston in comitatu Notyngham secundum vim formam et effectum cuiusdam carte mee eisdem Henrico Willelmo Weryngton Ricardo et Ricardo inde confecte ratum et gratum habiturus quicquid idem attornatus meus de et in premissis nomine meo fecerit. In cuius rei testimonium huic presenti scripto meo sigillum meum apposui. Datum apud Kynston [illegible]o die mensis Maii Anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie vicesimo primo.

May 1443 A

Kynston

21 Henry 6

Kynaston
near Sutton Boddington

? Power of attorney

see deed same
date